

Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

Breviarium hominis christiani - Cod. Ettenheim-Münster 79

[S.l.], [18. Jahrh.]

Caput I.

[urn:nbn:de:bsz:31-108661](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:bsz:31-108661)

Pars IV.
Exercitia p̄missima ad perficien-
dum spiritum cumq; cum
Deo uniuendurn.

Perfectio animæ devota ac unio eius cum
Deo non nisi cordis affectibus, non nisi an-
imi amplexibus, verbō non nisi amore sta-
bilitur. Et certe collimant presentes aspira-
tiones, quas ex contemplatione divinorum attri-
butorum eliciimus; hæc siquidem divina
attributa adeo vehementer ignem divini am-
oris spirant, ut fieri nequeat, quin animus
in iis contemplandis occupatus admodum in-
calescat, et erga Deum amore ferveat. Ut
autem confusioni vram salutamus aspirationes
istas primum per capita, tum singulas per
tria puncta disposuimus. Non obest tamen,
quin nonnunquam plures aut pauciores legi
possint, prout nimirum mens citius aut
tardius ardore divine dilectionis se senserit
inflammatam, ubi enim incipit cor incales-
cere, ibi sistendum est, ut de dulcedine di-
vini amoris amplius degustetur.

Caput I.
Aspirationes ad Deum ob
eius existentiam.

O Summe ac infinite Deus meus, quom-
bene ait Propheta: dixit insipiens in corde
suo: non est Deus; omni siquidem ratione,
omni intellectu, omniq; sensu careat, oportet,
quicumq; se esse negare ausus fuerit.
Nunquid enim p̄: ut cetera laceamus, tam sa-

ps. 13

piens tamq[ue] ordinata celi et terra, ac omnium
 que in eis sunt, gubernatio non Deum in-
 dignat, aperteq[ue] demonstrat, unum esse pri-
 mum omnium principium, primam causam,
 primumq[ue] motorem, a quo universa reguntur,
 et ad suum finem ordinantur. Evidens igitur
 ipsoq[ue] lumine naturali apertum est, de o
 Domine Deus, existere; imo si non esses,
 nihil esset; sublata quippe prima causa,
 a qua omnia pendent, nihil prorsus foret.
 O Deus, a quo totus, quantus sum dependeo,
 te adoro, te laudo, te benedico, meq[ue] totum
 tibi committo. O Deus, in quo, et per quem
 vivo, sum, et moveor, dispone de me, rege,
 et gubernare me iuxta voluntatem tuam.
 Effice, obsecro, ut nunquam tibi difformis
 inveniar, sed perpetuo tibi adheream, atq[ue]
 tandem in te peritus transformor.

2. Certum ergo et manifestum est, o magne
 Deus, de esse adeo, ut nihil nobis notius tua
 existentia esse possit; Signatum est enim su-
 per nos lumen vultus tui Domine. Et
 sicut impossibile est, cogitare, quod lux sint
 tenebra, ^{ita} pariter fieri nequit, ut cogitem,
 te non esse, qui es ipsum esse. Es igitur
 o Domine Deus meus, et omne esse in te
 contines. o verba omni consolatione plena:
 Deus est; si enim Deus est; ergo existit ens
 quoddam purissimum, aliqua vita actualissima, sa-
 pientia quadam infinita, deliciosissima bea-
 titudo, ineffabilis dulcedo, immensa bonitas,
 cui proprium est, ut se nobis communicet,
 nosq[ue] sui reddat participes. O Domine

Deus effice me igitur participem tuæ suavitatis, bonitatis, ac beatitudinis, ut de infelici statu meo ad veram felicitatem transire valeam.

7. Dixisti Domine Deus: ego sum, qui sum. Exod. 3.

quæ verba nemo veraciter proferre potest præter te, quia tu solus es. Verum sapiens ait: creavit, ut essent omnia: et nunquid non sunt cæli, terra, angeli, et homines, cæteraq; animalia? quomodo tu igitur o Deus meus solus esse poteris? Sed aliud est esse, aliud principaliter esse, aliud mutabiliter, aliud immutabiliter. Hæc quidem omnia sunt, sed principaliter non sunt, quia à semet ipsis nihil sunt, et nisi à te esse acciperent, et conservarentur, esse non poperent. Dum igitur solus immutabiliter es, fit, ut à te invisibilia, et visibilia, magna et parva effluant, et in te refluant, atq; cætenus sint, quatenus aliquid esse à te participant. O Deus, o pelagus omnis essentiae, et existentiae, omnis bonitatis et perfectionis, qualis et quantus es? et quis ego, si tibi comparer? planè merum nihilum. Me igitur cæteraq; omnia, quæ ex te nihil sunt, despiciam, tibi vero tanquam omnis entitatis bonitatisq; abisso unice adhaerebo. O Deus meus, misericordia mea, ne proicias me à facie tua.

ps. 28. et 50.

Caput 2. dum.
Aspirationes ad Deum tanquam finem ultimum.

1. Credis ne, o anima mea, te eo fine creatam, ut in Deum summum bonum tanquam in